Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37127
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



lias dux suos sic. Exi cito in plateas et vicos ciuitatis et
pauperes ac debiles et cecos et claudos introduc huc. Et
ait seruus. Domine factum est ut iussisti et adhuc locus est. Et ait dominus
seruo. Exi in uias et sepes et compelle intrare ut impleatur domus
mea. Dico autem vobis quia nemo uirorum illorum qui uocati sunt gustabit
cenam meam. Off. Domine quoniam in te speraui mea saluum me
fac. Ps. Miserere mihi domine quoniam clamauerunt ad te. Secreta. Oblatio nos domine tuo nomini di
cata purificet et deducat ad celestis uite transeunt actio
nem per. Co. Cantabo domino qui bona tribuit mihi et psallam nomini do
mini altissimi. Postcom. Sicut nouum mundo domine gaudium uerae spe
ratae nobis factum est ita salutem esse per. Domine ne
Respice in me et miserere mihi domine quoniam uiuo et pauper
sum ego. Vide humilitatem meam et laborem meum et dimitte
omnia peccata mea domine mihi. V. Ad te domine leuauerunt animam meam deus
meus in te confido non erubescam. Gr. Protector in te sperantium
domine. Quoniam non est in hominibus. Quoniam multiplicata sunt super nos miserationes tua. Vt te rectore te duce sic transeamus per
bona temporalia. Vt non amittamus eterna. Per. Petri apostoli
Omnipotens humiliamini sub potenti manu dei. Vt uos ex
altet in tempore uisitationis. Omnem solicitudinem uestram projicientes in eum quoniam ipse curam habet de uobis. Gebrei estote et uigilate quia aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit quaerens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide. Scientes eadem passionum ex hoc mundo esse uestrae fraternitati. Deus autem omnis gratiae qui uocauit nos in eternam suam gloriam in christo iesu modicum
passos ipse perficiet solidabit confirmabit firmabit stabilit. Am. Gr. Iactum cogitatum tuum in domino et ipse te enutriet. V. Dum clamarem ad dominum exaudiuit uocem meam ab his qui appropiant mihi. Alla. V. Deus iudex iustus fortis et patiens numquid irascitur per singulos dies. Sed hic
Venit. Erant appropiantes ad iesum publicani et
peccatores ut audirent illum. Et murmurabat pharisei et

sibi de